

unus ab ipso. 2. 15. 16.

in humili et non elevato sepulchro. Hoc enim desideravit circa intro-
itum chori, in opposito habitaculi venerabilis sacramenti, quod
habitaculum de pecuniis suis ex legatione testamenti sui construc-
tam fuit. Omnia enim vasa sua et candelabra argentea, parva domag-
na, valoris sexaginta florenorum aureorum, legavit ecclesie sancti
Petri in Colonia. Taliter igitur dicto domino Hermannno defun-
cto, ipse reliquit ecclesie sue bonam pacem. Insuper reliquit eam
absque magnis debitis, locupletem et divitiis plurimis habun-
dantem, Castra quoque et fortalicia ecclesie vino et frumento et
necessariis rebus, ita ut eorum promptuaria fructuaront ex hoc
in illud undique communita, quamvis in solutione debi-
torum predecessorum suorum tempore suo, quo ecclesie coloni-
ensi preluit, plus quam trecenta milia florenorum aureorum
exposuisset. Sed uni contentato et persoluto alius sine medio
accipit, et ultra vires eum vexabant, facti inimici eius, et subdito-
rum, precipue religiosorum, diripiendo, pecunia et bona eorum cap-
tivando, et incarcerando subditos tam religiosos quam et secu-
lares. Anno Domini 1507 ab inimicis de Draixenvelt ab-
bas venerabilis de Hrecht. Heden. dominus Nicolaus de capitulo
ex Francia circa festum Penthecostes revertens capitur et
in castro quodam terre Leodiensis captus ducitur, In quo in
festo assumptionis beatissime virginis Marie mortuus, reser-
tus quali modo. Idem etiam venerandus dominus, vir prudens et
sapient, revolvit et proposuit sepe in animo suo inducere scriptum
Iuxta cum, quod tempore predecessoris sui domini Theodoric de
Mocisa se alienavit ab ecclesia coloniensi, et ducem illi ven-